

brought to a round edge, or a Stone fitted by nature for that purpose, rub them all over to force all the Water and Grease out of them, till they become perfectly dry : which is all they do.

And one Woman will dress eight or ten Skins in a day ; that is, begin and end them. I intimate this because the Men never do it.

Observationes ponderis Testudinis terrestris, cum in Autumno terram subiret, cum ejusdem ex Terrâ Verno tempore exeuntis pondere comparati, per plures annos repetitæ : experimento celeberrimi D. D. Georgii Ent, Equitis, & M. D. & à Doctissimo D. D. Rob. Pitt, M. D. & R. S. S. communicatæ.

DIE septimo Octobris, Anno 1651. Testudinem meam appendi, priusquam latibulum adiret, ibidem per totam Hyemem hybernatura, penderbatque exactè libras 4. unciasque totidem minus drachma, nempe lib. 4. unc. 3. drach. 7.

Die octavo Octobris 1652. Erutam è terra Testudinem (nam se pridie humaverat) appendi denuo, ponderabatque lib. 4. unc. 6. & drach. 1.

Die 16. Martii 165 $\frac{2}{3}$. Testudo sponte è latibulo suo prodidit. Penderbatque lib. 4. atque unc. 4.

Die 4. Octobris 1653. Testudo postquam per aliquot dies jejunasset, subiisque terram sese abscondisset, inde educita atque appensa ponderabat lib. 4. unc. 5. Oscul (quos diu clausos habuerat) tum aperti plurimum madescabant.

Die 18. Martii. 165 $\frac{3}{4}$ - Testudo è latebris prodiens & in lance appensa ponderabat lib. 4. unc. 4. & drach. 2.

Die 6. Octob. 1654. *Testudo ad hyberna ituriens pendebat lib. 4. unc. 9. & drach. 3.*

Die Februar. ultimo 165⁴. *Testudo ex hyemali Cryptâ prorepens pependit lib. 4. unc. 7. drach. 6. Amisit itaque pristini ponderis unc. 1. drac. 5.*

Die 2. Oct. 1655. *Testudo hyematum itura, pependit lib. 4. unc. 9. prius autem aliquamdiu jejunaaverat.*

Die 25. Martii 1656. *Testudinem è latebris hybernalibus prodeuntem appendi; eratque lib. 4. unc. 7. & dr. 2.*

Die 30. Sept. 1656. *Testudo subitus terram ituriens, pendebat lib. 4. & unc. 12. drac. 4.*

Die 5. Martii 165⁷. *Testudo de subitus terram exciens pondo erat lib. 4. unc. 11. dr. 2. ss.*

Unde satis liquet quam fixis particulis hac Animalia, quæ sub Terrâ se muniunt adversus frigus Hybernum, content, cum per tot menses tam exigua pars corporis in sudsores aut effluvia abeat, ut an vivant necne, dum hunc in modum sepulta jacent, merito ambigatur.

Emendationes